IOHANNES CHRYSOSTOMUS
Österreich, Ende 12. Jh.
Seite 078
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26104
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Quam speciosus huius ligni fructus ad edendum! quod si ex eo gustaueritis: eritis sicut dii. Seducta igitur eua decepti uirum suum. Cum autem demum ducto comedissent ligno: apparuerunt ambo nudi. Tunc clementissimus dominus dixit ad adam. Adam ubi es? Non quod ignoraret dominus! sed post persuasionem diaboli. quilibet miserat ditatem. et inuenit nuditatem. Dicit ei. Ubi es? Hoc est de qua dignitate ad quale ductus es dedecus. Quia manducasti de ligno scientie boni et mali. remansisti homo! de quo precepam tibi ne manducares manducasti! idcirco quia prauicatus es. folius autem sicut cooperti erant! pecti speciem obuelantes. Respondit que adam. Audiui uocem tuam deambulantis in paradiso et abscondi me. Et dixit. Quid fecisti? et ille dixit. Mulier quam dedisti mihi sociam ipsa me seduxit. Culpam ipsam officere non uult! quippe qui ipse mandatum accepit audiente comparere. Et eua interrogata dixit. Serpens insuasit. Ueua! uiro te subiectam esse uolui non serpentis mea precepta contempnens. serpentis audisti. Hec autem causabantur! sperantes sese subtrahere a supplicio posse. Et dominus inquit ad adam. Maledicta terra in opibus tuis! spinas et tribulos germinabit tibi. In sudore uultus tui manducabis panem tuum. Et ad mulierem dixit dominus. In merore pariens filios! et ad uirum tuum conuersio tua! et ipse tui dominabitur. Cessit namque ad serpentem sententia dicens. Super pectus tuum ire pes! et terram manducabis omnibus diebus uite tue. Tu eis obseruabis calcaneum! et illa tuum obseruabit caput. Cur autem serpentem maledixit! ut in pectore et in uentre graderetur et terram manducaret omnibus diebus uite sue. Pectus maledixit! et in ipso consistit cor. quod concupum malum. Ventrem uero nominauit! quin per escam seduxit terram uero manducare omnibus diebus uite sue! idcirco terrenos homines habebit subiectos. quia sue